



17 cc) 29
26

I. N. J.
ÆNIGMATICA
SENECTUTIS ET MOR-
TIS DESCRIPTIO,

^{ex}
CAP. XII. ECCLESIASTÆ.

à v. 1. ad 7.

Ad disputationem Philologicam proposita,

PRÆSIDE

M. ANTONIO GUNTHERO,

S. T. S.

RESPONDENTE

ANDREA HORNIO

Sittaviâ Lusato.

In Auditorio Veteri florentissima VVittebergensis Academia

Die 24. Decembris Hor. mat.

WITTEBERGÆ

Excudebat IOHANNES HAKE,

ANNO M DC LIII.

ANIMATICA

RENECOUILLIUM

ITS DESCRIPTION

CAPITULUM

in disputatione Philosophica

PRÆSIDI

M. ANTONIO GUTTIERO

AVGVSTVS

ANDREAS TORNO

AVGVSTVS

In Aulæ No. 1. 1717

WILHELMUS

WILHELMUS

WILHELMUS

WILHELMUS





CAPUT XII. Ecclesiastæ,

à v. 1. ad 7.

Liber תהיך congregatricis (animæ vel sapientiæ) Græcè
ἐκκλησιαστικῆς præter exquisitas sententias, justam & insi-
gnem exhibet dissertationem, cui parem in libris philo-
sophorum non inuenias, de summo hominis bono The-
ologico, quod nec in scientiâ cap. 1. nec in voluptate c. 2. 3. nec in
honoribus nec in divitiis c. 4. 5. 6. nec in re quacunque sub sole,
sed in conjunctione cum DEO intimâ, ejusque fruitione per-
petuâ, consistere demonstrat. Hunc finem ut consequamur,
antequam librum concluderet cap. 12. ad pietatem omnes ho-
mines v. 13. nec non singulariter juventutem, dignissimum
Ethicæ hujus sacrae auditorem, adhortatur, quæ ut cerea est in
vitium, ita lubentiùs feces senectutis quàm florem juventutis
DEO intendit consecrare, & nunquam non longiora & commo-
diora vitæ tempora præstolatur. Quæ cum non sint speranda,
Autor Sapientissimus ante totius libri conclusionem, institutione
floridæ juventutis, & descriptione marcidæ senectutis mortisq; in-
stituit, sermone allegorico seu quasi ænigmatico. De quo nobis
agendum erit σὺν θεῷ παλάμα breviter; Nam faciendi libros plures
non est finis, & lectio multa afflictio est carnis. v. 12.

VERSIC. I.

יִזְכֹּר Et memento. Licet B. Lutherus, Hieronymum aliosque
secutus, caput XII. ultimumq; exordietur à versu 9. capitis præ-
cedentis XI. Nos tamen cum antiquâ Ebræa veritate ejus initi-
um facimus ab hoc ipso commate. Per ׀ initiale copulativũ
præsentia verba cum antecedentibus junguntur. In præ-
cedentibus post gaudij decentis concessionem, Autor divinus
dehortatur à malâ carnis concupiscentia & cordis irâ; In his
sanctis meditationibus firmandum esse animum, adhortatur.
יִזְכֹּר Recordatus est. Propriè dicitur de eo, qui quod antea no-
verat,

verat, è memoriâ amissum, in mentem sibi revocat. Tribuitur aliàs Deo & hominibus in bonam & malam partem: Non autem hoc in loco præcipitur ociosa quædam memoria, sed quam sequantur motus animi, & effectus sequentes, siquidè verba notitiæ effectus cognitionem sequentes connotant. Itaque per memoriâ Creatoris totus illius cultus præcipitur, nam memoria Dei est cultus DEi Exod. XX, 24. Hinc recordari Dei, ejusque non oblivisci, est veræ fidei & pietatis, (quam etiam requirit Salomo,) usitata descriptio. Esa 44, 21. Jonæ II, 8. &c.

בֹּרֵאֵךְ Creatoris tui. Est partic. singulare in Kal. nominascens, à R. בָּרָא creavit propriè ex nihilo, & Deo attribuitur. Complut. legit: *Ejus qui possedit te*, ad locum Deut. 32, 6. collimans. Respicitur voce Creatoris ad beneficium creationis, & debitam pro eo gratitudinem Creatori referendam: ut alibi Esa. 43, 1. Deut. 32, 18. Plura de hac voce vid. infr. v. 7 in nomine אֱלֹהִים

בְּיָמֵי In diebus. Dies, pars temporis, pro tempore, per synecdo. partis, ut Gen. 8, 22. 2. Reg. 20, 1. Sic tempus pro annis & contra sapissimè ponitur.

בְּחַרְוֹתֶיךָ Juventutis tue. Ita constanter rectissimeque omnes Interpr. legant; Sed Montanus: *Electionum tuarum*. Radix est בָּחַר elegit, selegit. Hinc בְּחַרְוֹתֶיךָ juventus, *selesta ætas*, vel quod in ea ætate futuri vitæ generis electio suscipi soleat, vel potius, quia robore corporis, audaciaque maximè viget, quod ad militiam aliosq; exantlandos labores ceu aptissima eligi soleat. Intelligitur autem per juventutem hoc loco totum tempus vitæ, quod est non præcisè usque ad 35. annum, sed usque ad ætatis consistentiam, quamdiu adhuc vigent sensus, viresque sunt inexhaustæ. Sicut & senectus h. l. non præcisè notat sili-cernium, sed nullo certo annorum numero definitur, cum ocy-us vel serius alio senescat, pro ratione temperamenti, vi-ctus, curarum, morborum.

עַד אֲשֶׁר לֹא-יָבֹאוּ יְמֵי הָרָעָה Antequam (usq; quo nō) veniant dies mali E XX. Dies malitia רָעָה vel רָעָה malum malitia (à R. רָע malum esse vel videri) notat malum molestum et vexans, scilicet malum poenæ, ut h. l. deinde etiam, malum culpa seu

pe seu peccatum. 7. Sam. 25, 28. Dies malitiæ, i. e. malitiosi calamitosi & ærumnosi, sicut dicitur, vir iniquitatis, i. e. iniquus. Prov. VI. 12. Vid. Glass philol. lib. 3. tr. 1. can. 8

וְהָיָה שְׁנֵי שָׁנִים שְׁנֵי שָׁנִים *Et obtingant* (Complut: præveniant) anni (in) quibus dicas. עָנַן In Kal tetigit, attigit, lesit. in Hiph. pervenit, obtrigit, obvenit. Anni i. e. tempora, vid. sup. : לִי בְהֵם חָפֵץ *Non mihi in eis voluntas, vel oblectatio (est.) חָפֵץ voluntas, desiderium, oblectatio.* Nulla mihi in eis oblectatio i. e. summè mihi displicent. Negatio enim vehementissimè affirmat oppositum. Sic Esa. 57, 12. Opera tua non proderunt tibi, i. e. vehementer nocebunt. Vid. Exc. D. Senn. Gr. p. 185. n. 7. Atque hæc est descriptio senectutis in genere, per dies malos, & annos displicentes; Nunc in specie membratim quadam recensentur senectutis incommoda.

VERS. II.

עַד אֲשֶׁר יִתְחַשְׁךְ שֶׁשׁ וְהָאֵר וְהַיָּרֵחַ וְהַכּוֹכָבִים
Antequam obtenebrescat Sol & lumen & luna & stella. חָשְׁךָ *obscurus, obtenebratus fuit.* Per enallag. gen. hoc verbum positum est in fœm. cum sequente mascul. שֶׁשׁ Sol/R. Chald. שֶׁשׁ *ministravit*, quia Sol est famulus communis totius mundi. Plana hæc sunt quoad verba, quoad sensum verò variæ reperiuntur horum & sequentium explicationes; Cæterum valebit hic quoque fortassis regula B. Augustini; *Ambigua in sacris literis si explicari non possunt, in utramvis partem intelligi possunt, si fidei regula non obstet.* Porro primam sententiam recitat Hieron. de vulgaribus Ebrais; quod putarint ad Israël pertinere mandatum, cui præcipitur, ut fruatur divitiis suis, antequam tempus captivitatis adveniat, in juventute i. e. florido rerum statu; Antequam tenebrescat Sol, i. e. gloria ejus auferatur, Judices & sancti, qui in Sole, stellis & Luna intelliguntur. Quando commovebantur custodes i. e. Angeli, templi præsides recedant, ociosa erunt molentes i. e. ociosa erunt eloquia Magistrorum, quia hi commolunt salutare doctrinæ cibos parvulis Ecclesiæ: Tenebrescant videntes, i. e. Prophetæ qui de cœlo visionum lumen receperunt. Claudentur ostia in plateâ, i. e. Januæ templi & judiciorum, fames ingravescet &c. Percellentur voce volucris
A 3 & so-

& tonitu folii cadentis. 2. Alii de Mundi consummatione
& AntiChristi rebus explicant. 3. Nonnulli de benè agendo
ante mortem. 4. Quidam de signis & præfagiis hominis mori-
bundi. 5. Aliqui de ipsâ morte. 6. Plurimi de senectute. Prima
& secunda interpretatio antecedentibus & consequentibus tex-
tûs non respondet sufficienter: Posteriores sententias conjungi
posse fortasse non incommodè censemus, totumque locum
hunc de senectute declaramus, ubi Sol, luna & stellæ, lumina-
ria, tenebeseunt, i.e. Non tantùm omnia, etiam lætissima, se-
nibus tristia sunt. Nam lux notat lætitiã, sicut tenebræ tristi-
tiam, sic Cohal. 5, 16. In tenebris comedit, i.e. locis obscuris, &
ab omni hilaritate alienissimis comedit, ne vel insumendum sit
aliquid ad gaudium & recreationem, quæ per lucem solent in-
dicari. Sed etiam oculi, primùm mori incipientes, soliquæ
& lux in Macrocosmo respondentes incipiunt caligare. Gen. 27.

2. Reg. 14. 4.

וּשְׁבוּ הָעִנָּיִם אַחַר הַגֶּשֶׁם : *Et revertantur nubes post pluviam.*
nubem densam notat, à R. עָנַן *obnubilare*, quia faciẽ
firmamenti obnubilat. Per nubes intelligunt Interp. crassos ac
pituosos vapores ex debilitate ventriculi in cerebrum ascen-
dentes, quæ ipsa descriptio aliàs hyemalem nobis refert tempe-
statem. רָשָׁע *Reverti* autem dicit ad innuendam continuam vi-
cissitudinem, quæ in juventute non reperitur. Hic enim ca-
lor vapores istos dissipat, qui senibus deest. גֶּשֶׁם *notat pluviam*
non lenem, sed fortem seu imbrem. Post imbrem i.e. post de-
stillationes crebas per oculos lippientes, nares ac os subinde de-
scendentes.

VERS. III.

בַּיּוֹם שִׁינְעוּ שְׂמֵרֵי הַבַּיִת *In die qua commovebunt se custodes
domus. h. e. tremulæ erunt manus; hæ enim sunt custodes toti-
us ædificii corporis, propulsantes quævis noxia. R. est מוֹרֵד
cum tremore. In Kal tantum habetur hoc loco, & Esth. 5,
9. ubi de Mardochai dicitur, quod non surrexerit, neque move-
rit se. In Piel habetur Hab, 2. 7.*

וְהִטְעוּ אֶת-עֵצֵי הַחַיִּי *Et pervertent (incurvabunt) sese
viri*



virii roboris. LXX Et perversi fuerint viri fortitudinis Pagni. In-
curvabunt se homines robusti. Intelliguntur hic genua incurva-
ta, quando senes non ita rectis incedunt pedibus, sed popliti-
bus inflexis. Nam *תענך curvum* opponitur recto. Coh. 1, 15. &
verbum *תענ* est *inflexere*. Coh. 7, 13. Viri roboris seu virtutis i.
e. robusti. Genitivus iterum redditur adjectivè ut supra. Nimi-
rum robusti totius corporis bajuli sunt pedes, juxta Hieron.
Conf. Psal. 147. 10. Job. 4, 4.

בטלו המזכרות כי מעטו Cessabant molares, quia diminuerunt
vulg. *Ociosa erunt molentes in minuto numero. LXX.*
Et cessaverunt molentes, quoniam imminuta sunt. *לסב* cessa-
vit, intermisit. Verbum hoc tantum habetur h. l. quod tamen
Chaldaeis satis frequens est in significatione cessandi. *מולות* Mo-
litrices, molares dentes, à *מול* moluit. Cessabunt dentes, quia
scilicet non ita occupati sunt, mansitantque, ut edax juvenus, sed
rari, tardi & hebetes sunt. Quia diminuerunt scilicet numerum,
vel molitionem, ut Tygurina legit, ut parum immolant.

והשכו הראות בארצות Et tenebrescent videntes in fene-
stris LXX. & vulg. *in foraminibus.* *בארץ* notat fenestram, catara-
ctam, sumarium, est ab *ארץ* insidiatus est. Quoad rem significa-
tam benè possunt dici hæc fenestra foramina. Per videntes e-
nim Interp. intelligunt radios visivos, per foramina oculorum
qs. prospicientes. Hi obscurantur, quatenus nebulosa senibus
apparent omnia, & propterea a scitiis fenestellis perspicillorum
hodiè utuntur. Chaldaeus legit: *Oculi per capitis tui fenestras*
intuentes, obscurabuntur.

VERSIC. IV.

וטיגרו הלתיים בשוק Et clauduntur ostia foris. Ostia illa ple-
rique labia esse dicunt, quæ introrsum ad locum dentium sup-
plendum reducuntur. Alii meatus cibum recipientes, qui
clauduntur ob defectum appetitus. *בשוק* notat plateam vel fo-
rum ubi homines ambulant. Quia autem platea fores non ha-
bet, ideò *בשוק* per extrinsecus vel foris rectè vertitur. Particu-
la enim inseparabilis nominibus præposita, sæpissimè peri-
phrasin adverbii faciunt Vid. Excell. Sen Gram. p. 187.

בשפל קול המזכנה ob humilitatem sonitus mole vel molitionis
i. e.



i. e. ob sonum submissum. וַיִּנְחַם ה' וְיִקְרָא לְקוֹל הַצִּפּוֹרִים notat h. l. vel *propter* ut Deut. 24. 16. vel *sicut* ut Ps. 49. 14. Intelligitur os senum, quod qs. mola panaria est, non est sonora, tum quia vox submissa, tum quia dentes non ita strident, & vires organorum concoquentium imminuta sunt, sicuti mola parum crepans, parum etiam laborat. Utrumque tam dentes quam ventriculum conjungit. Mercurus.

וְיִקְרָא לְקוֹל הַצִּפּוֹרִים Et *consurget ad vocem volucriis*. Surget scilicet homo. Vel impersonaliter, *Man stehet auff*. Gr. Eb. p. 174. n. 7. Quando somnus turbatur vel unius aviculæ stridore. צִפּוֹרִים vocabulum generale est, quamcunque avem notans Gen. 7. 14. LXX. habent vocem passeris.

וְיִשְׁחָךְ Et *incurvabuntur* (humiliabuntur) i. e. summè erunt humiliatae ac debiles. שָׁחַךְ usurpatur de inclinatione domus ad ruinam. Prov. 11. 18. In Niph. de voce exili è pulvere procedente. Esa. 29. 4.

בְּנוֹת הַשִּׁירָה כָּל בְּנוֹת הַשִּׁירָה Omnes filiae cantici. Discrepantia generis conciliari potest, si legatur הַשִּׁירָה כָּל omnia cantica. Filii & filiae ex res in scriptura saepe vocantur, quae quoque modo eò pertinent ac faciunt, aut ad alterum respectum habent aut deputatae sunt, sicut filius vel filia ad matrem. Qui itaque dicuntur filii vel filiae alicujus rei & personae, sunt illi rei dicati & deputati. Quare filiae cantici illae erunt, quae deputatae sunt canticis sive audiendis sive canendis, ut sunt *aures*, quae incurvantur, quando ob surditatem ori loquentis arriguntur. 2. Sam. 19. 35. Et *arteria*, reliquaque quae fiunt exilia, canendi instrumenta.

VERS. V.

וְיִדְרֹךְ מִן הַמַּצְבֵּה יִדְרֹךְ Etiam de excelfo timebunt. i. e. ab altitudine vel à re alta & sublimi. Timebunt, scilicet senes, vel impersonaliter iterum sumitur verbum. LXX. non rectè legit h. l. *in sublime aspicient*, nam R. non est רָאָה vidit, sed יָרֵא timuit.

וְיִדְרֹךְ מִן הַמַּצְבֵּה & *terrores in via*. i. e. Timidi ac meticulosi per viam etiam planam incedunt, non solum alta, sed & plana moeant, ne hallucinentur. R. est יָרֵא *territus, fractus fuit*. Chald.



Chald. hæc verba inter alia sic $\pi\alpha\gamma\alpha\phi\epsilon\acute{\alpha}\zeta\epsilon\iota$: Acervus lapidum parvus videbitur tibi sicut mons excelsus, cum ambulaveris in viâ.

וינאץ השקר *Et florebit amygdala.* Rad. sed in hiph. usitata, est נצ *florere*, usurpatur de malis punicis Cant. VI. 10. נצ factum est ex mutatione ל . Clar. Sen Gram. Ebr. p. 94.) Sensus est: Antequam cani instar florum in capite progerminent: Amygdala enim à קט *maturavit*, dicta, citius quàm alia arbores candidos in summitate flores producit, longissimeq; se spectandam exhibet. Coeterum etiam Sophocl. in Elect. senem notavit, *floribus inctum*. Tremellii & Pagnini coactam interpretationem non curamus. Nam primus commata aliter divellit contra accentus rationem: Alter legit: reprobabitur coitus qs. R. esset נצ reprobare, ac קט per metathesin literarum accipit positum pro קט quod coitus interpretantur membrum, V. B. Gerhard. Tom. VIII. L. d. Morte, pag. 118.

ויהגב *Onerabit se locusta.* Bened. Ar. *oneri erit.* גב est portavit humeris in Kal. In hitp. portavit seipsû, sive verè sive imaginariè. Incurvatio enim locustæ seu spinæ dorsi, quæ locustæ similis apparet ob multas vertebra, videtur esse veluti oneris quædam impositio & bajulatio. Pagninus legit pro גב eliso גב dorsum.

ויהפיר *Irrita fiat.* פיר notat *disrumpi*. in Hiph. ut h. l. *irritum facere*. v. g. foedus Esa. 33, 8. Votum Num. 30. 9. &c. Cum itaque verbum hoc semper aliàs sit transitivum, ideoque Mercerus supplet: Concupiscentia irritum faciet scil. foedus suum cum corpore. Nihil tamen obstat, quo minus hoc verbum aliorum more passivam h. l. induat significationem. האביונה *Concupiscentia*. h. e. in genere facultas appetendi sive cibum sive alias corporis oblectationes. Habetur autem tantum h. l. & est à R. אביונה voluit, concupivit. LXX. & vulg. aliter legunt, *dissipabitur capparitis*. Sed si mira hæc lectio locum habere deberet, substituenda essent alia puncta & legendum.

אביונה cujus plurale אביונות baccas capparitis Rab. notat,

B

quæ

quæ venerem proficere quibusdam dicuntur. Sequitur aune
descriptio mortis.

כי הולך ההולך אל בית עולמו *Quoniam vadit ho-*
mo ad domum seculi sui. i. e. ad domum suam sempiternam. Ea
est tum sepulchrum, domus congregationis Job. 30, 23. ad quam
senex spontè pedetentim accedit, ut adolescentia trahitur in-
vita; quam in hoc seculo non egredietur. Tum receptaculum
animarum post mortem, ubi in omnem æternitatem ei perma-
nendum est.

וְסָבְבוּ בְּשַׁעַר הַסּוּפְרִים *Et circuibunt in plateâ plangentes.*
Describitur honor supremus qui defunctis exhibebitur, planctu
familiarium.

VERS. VI.

עד אשר לא ירחק חבל הכסף *Donec non elongetur funis ar-*
genti. i. e. argenteus. חבל Funis, funiculus. Omnes Ebraei u-
no penè ore, teste Mercero, de fibro spinæ dorsi exponunt, cujus
medulla alba speciem habet argenti. Vallesius intelligit ner-
vos: Verùm hic non tam de multis, quàm singulari aliquâ ho-
minis parte agi videtur. Porrò in textu est ירחק *elongetur*, à ר-
חוק *procul esse, recedere.* Vulgatus: *anteq. rumpatur* scil per mor-
tem, ubi esse desinit. Sed in margine alia Radix à Masoretis
restituta est nimirum, ירחק *vinciatur.* Est autem nomen רחוק
catena, Ezech. 7, 23. Et verbum in Pual ירחקו *compedibus ligati*
sunt. Nah. 3, 10. in Niph autem habetur tantum hoc l. & vertitur
per *vinciatur, constringatur*, ut aquam putei attingere non possit.
Non quidem alienum esset à phrasi scripturæ, exponere hanc
metaphoram de facultate generandi, collatis locis Esa. 51, 1. 2.
Prov. 9, 17. Hoc ipsum enim ceu incommodum senectutis addu-
cit Autor, ut sciat juvenis libidinosus voluptatem eam mox esse
perituram. Nos tamen totam hanc sententiam de cessatione
vitæ exponimus, quæ ipsa comparatur haustui aquæ è fonte, a-
deoq; fracto fane lenticulâ ac rotâ, cessat etiam extractio aquæ,
vitæq; haustus.

וְתִרְחַץ גִּלְתָּ הָאָזָן *Et confringatur (atteratur) lenticula aures.*
(vulg.



(vulg. *vitta*) פָּרָה est 3. pers. f. 2. K. à R. פָּרָה attrivit, instar calami quassati Esa. 42, 3. Vulgata: *Recurret* à R. פָּרָה currere. פָּרָה est in reg. colloc. extra quod est הָרָה *vas*, v.g. olei in candelabro. Zach. 4, v. 2. In plurali designat *scaturigines aquarum* Jos. 15. 19. Item *orbis* vel *capitella columnarum* 1. Reg. 7, 41. Hoc loco metaphoricè ab aliis exponitur de meninge, estq; membrū cerebrū cōtinens, flavūq; auri colorem habens. Radix est פָּרָה *volvere, convolvere.*

הַמַּבְכֵּה פָּרָה עַל וְהַשִּׁיר וְהַשִּׁיר & *conteratur hydria super scaturiginem* פָּרָה *hydria*, quā v. g. aqua domum portatur. Gen. 24, 14. Sic de fictilibus ollis fractis usurpatur Judic. 7, 16. Piscator exponit hoc de venis melaericis, à jecore ceu fonte succum sanguineum haurientibus, inq; perfectum sanguinem vertentibus.

פָּרָה *scaturigo, fons*, à R. פָּרָה *scaturivit, ebullivit*, dicitur proprie de fontibus, aquam eructantibus.

וְהַשִּׁיר וְהַשִּׁיר וְהַשִּׁיר *confringatur rota ad cisternam*. פָּרָה notat *rotam*, super quam catena vel funis aliàs trahi solet, diciturq; *trochlea*. Rotam hanc de capite, juxta fontem i. e. cor; unde vitales trahuntur vires, nonnulli exponunt. Alii de pulmone continuo motu halitum nunc attrahente nunc emitte, sicut rota hydriam nunc demittit, nunc attrahit. Nos in generali allegoriā permanemus, & idem quod paulo ante dictum esse statuimus. Nam fons & cisterna idem ferè sunt, & hydria rotaque instrumenta ad hauriendā aquā accommodata. פָּרָה *Cisterna, puteus, lacus aut fossa*, sive ei insit aqua, sive non, unde pro carcere & sepulchro alibi sumitur. Videtur inde factū Germ. *Born* Levit. 11, 36. vertit Luth. per *Röcke*. Tandem verbis propriis subjungitur: VERS: VII.

וְהַשִּׁיר וְהַשִּׁיר וְהַשִּׁיר *Et revertetur pulvis ad terram quemadmodum fuit*. Particulam, reddidit h. l. Pagninus per *Tunc*, ut alibi etiam sumitur Gen. 12. 11. c. 44 29.

פָּרָה *Pulvis*, i. e. corpus ex pulvere terræ formatum Gen. 2. 7. Pulvis revertitur ad terram, quia homini necessitas moriendi & potentia proxima revertendi in pulverem incumbit.

פָּרָה *super* ponitur pro על *ad*, ceu clarum est ex Gen. III, 19. Similis acceptio hujus particulae est. Exod. 20, 25.

וְהַשִּׁיר וְהַשִּׁיר וְהַשִּׁיר *sicut quod fuit, qualis scil. fuit ante primam creationem.* Conf. Gen. 3, 19.



וְרוּחַ אֱשׂוּבָה אֶל־אֱלֹהִים וְאֵשׁ נִתְנָה

Et Spiritus revertetur ad Deum, qui dedit illum.

וְרוּחַ Spiritus à רוּחַ spiravit, significat h. l. animam hominis, quæ Spiritus est, ut Ps. 31, 6. Plures præterea habet, significatus, quos vide in Clave Flacii vel alibi. Quidam specialiter animam piorum h. l. intelligendam esse statuunt cum Salomo populum DEI sermonem suum instituat. Nonnulli ita explicat. Anima, (si benè egerit) revertitur ad Deum. Coeterum impiorum anima non minus quam piorum in sensu suo, revertitur ad Deum, ceu justum judicem, qui corpus & animam perdere potest in gehennâ. Huic sententiæ non parum videtur favere vox subsequens אֱלֹהִים, quæ notare dicitur Deum ratione iudicii, ut jam olim à veteribus observatum est, (vid. Lexic. Buxtorffii in voce אֱלֹהִים) quando mundum regit ac judicat, opera remuneratur vel punit. Coeterum vox אֱלֹהִים vel cum singulari vel cum plurali attributo conficitur. Cum singulari attributo posita, ut h. l. notat plurium Deitatis personarum unitatem individuum. Ita h. l. dicitur: *ad Deum redibit Spiritus, qui dedit illum* i. e. ad Deum, qui est in pluribus quidem personis, nempe trinus in essentia tamen unus, qui etiam creavit illum. Cum plurali attributo jungitur vox hac אֱלֹהִים, quò magis exprimitur numerus personalis in voce illâ inclusus. ut Jos. 24, 19. Jerem. X. 10. Quandoque etiam subintelligitur vox אֱלֹהִים ut in vers. 1. præsentis textus, ubi quædam exemplaria legunt in plurali זְכַר בְּרֵאשִׁית *Memento creantium te.* Scilicet *Elohim.* Sic alia participia, cum voce Elohim subintellecta, de Deo in plurali dicuntur. ut Psal. 149. v. 2. Latetur Israel בְּעֲשׂוֹי *In facientibus cum* sic Esa. 42, 5. Reddimus autem participialiter, non nominaliter, (per factores.) Licet enim sint tres personæ facientes seu creantes, non tamen sunt tres factores aut Creatores sed unus. Drusius Cent. 1. miscell. quest. c. 82. et idem vult sub his participiis subintelligendam esse vocem Elohim. Cabasilicè etiam dicitur in voce בְּרֵאשִׁית per modum mysterii expressum esse & subintelligendum esse אֱלֹהִים, quod ipsis est quasi אֱלֹהִים quod DEus sint. Nos hic merito substitimus, cum ex professo Theologi agere in hoc versu incipiant de immortalitate animæ. Grati autem recordamur Dei Creatoris nostri, omnibus diebus vitæ nostræ, quorum est principium &

F I N I S.

11
hs
17

LIBRARIUS
CANTONUM
HAMBURG
JULIANUS
MAGNUS



IN CANTICVM CANTICORVM.

Observationes in

logias

et in

CANTICI CANTICORUM

libro

secundo

M. JACOBO & G. BRICE Hamburg

1711

JOHANNES GUALTHERUS DE WITTEBORG

WITTEBORG

in typographia

WITTEBORG

JOHANNIS WILHELMII



Ung. VI 17


ULB Halle 3
002 114 550




sb

T. 17-18

1078
1077







B.I.G.

Farbkarte #13

27 cc) 29.
26

N. J.
MATICA
TIS ET MOR-
SCRIPTIO,
ex
CLESIASTÆ.
1. ad 7.
philologicam proposita,
ESIDE
D GUNTHERO,
T. S.
NDENTE
A HORNIO
iâ Lusato.
isfina VVistebergensis Academia
Decembris Hor. mat.
EBERGÆ
HANNES HAKE,
M DC LIII.

